

Q. V. XII, 33^b

II n
655

ORDINIS IVRIDICI PRODECANVS
IOANNES STEPHANVS PÛTTER

I. V. D. REGI A CONSILIIS IVSTITIAE INTIMIS, ET PROFESSOR
IVRIS PVBLICI ORDINARIVS

VIRORVM PRAENOBILISSIMORVM
CAROLI CHRISTOPHORI HOFACKER

WÛRTENBERGENSIS, NVNC P. P. O. TÛBINGENSIS,

IOANNIS GODOFREDI OLDE

HAMBVRGENSIS

IOANNIS FRIEDERICI GILDEMEISTER

BREMA - SAXONIS

CHRISTIANI HENRICI MÛLLERI

HAMBVRGENSIS,

SOLLENNIA INAVGVRALIA INDICIT.

PRAEMISSA COMMENTATIONIS

*de instauratione imperii Romani sub Carolo M. et Ottonibus
facta eiusque effectibus*

PARTĒ SEPTĪMA

*de iuncta cum illa instauratione imperii Romani advocatia ec-
clesiae Romanae, indeque nata denominatione SACRI Ro-
mani imperii.*

GOETTINGAE

EX OFFICINA F. A. ROSEBVSCH MDCLXXV.

2017

100 (HX . .)





§. I.

Iam a primis inde instauratae sub CAROLO M. digni- ^{Dignitati}
 tatis imperatoris Romanorum initiis adeo arête cum ^{caesareae I)}
 illa cohaerebat *defensio et aduocatio ecclesiae Romanae*, vt ^{iam a prima}
 vel prima origo totius rei ab hac ipsa *defensione vrbis* ^{eius instaura-}
 et *ecclesiae Romanae repetenda sit.* Ea enim mente iam ^{tionē adhaesit}
 CAROLO MARTELLO a Romanis oblatu (a), atque ^{aduocaria ec-}
 si non ab ipso (b), tamen a filio eius PIPINO susceptus, ^{clesiae Roma-}
 vnaque cum successione regni Francici ad CAROLVM ^{nae;}
 M. delatus fuerat (c) *patriciatus Romanorum* (d). Quum-
 que sub CAROLO M. demum is immutaretur in *dignita-*
tem caesaream d. 25. Dec. 800. sollenniter instauratam;
 huic tamen abhinc non minus, quam antea patriciatui
 illi, *iuncta* manebat eadem *defensio et aduocatio ecclesiae*
Romanae (e), quam *similiter* omnino vna cum *secunda im-*
perii Romani instauracione suscepit suisque successoribus
 ad hanc usque diem transmisit OTTO M. Imp. (f).

(a) Teste nimirum CONTINVATORE FREDEGARII C. IIO.
 "eo tempore bis a Roma B. Papa GREGORIUS claues venerandi
 A 2 sepulcri,

„sepulcri, cum vinculis S. Petri, et muneribus magnis et infinitis, *legationem*, (quod antea nullis auditum aut visum temporibus fuit) „memorato *principi destinavit*: eo pacto patrato, vt ad partes (forte „a parte) imperatoris recederet, et *Romanum consulatum* praefato „principi CAROLO *sanctores*.” Ipseque GREGORIVS *litteris* a. 740. CAROLO MARTELLO datis, „Coniuro te, inquit, per Deum „vium et verum et per ipsas sacratissimas claves confessionis B. „Petri, quas vobis ad regnum direximus, vt non praeponas amici- „tiam regum Longobardorum amori principis Apostolorum, sed ve- „locius, sub nimia festinatione, *sentiamus, post Deum, tuam con- „solationem, ad nostram defensionem*, vt in omnibus gentibus de- „claretur vestra fides, et bonum nomen; quatenus et nos, cum „propheta, (*Psal.* 19.) mereamur dicere: Exaudiat te dominus in „die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob, &c.” PFEFFINGER *ad Viriar.* tom. I. p. 343.

(b) Vtrum ipse iam CAROLVS MARTELLVS sollemnem *patriciatus* honorem reuera susceperit, an morte praeventus hanc digni- tatem demum filio acquirendam reliquerit, nondum omnino expeditum est, licet PAGI ad a. 740. num. 8. iam Carolum Martel- lum patricium fuisse contendat. *Mascov Geschichte der Teut- schen 2 Th.* 34. Ann. S. 6. p. 237.

(c) Ipse CAROLVS M. *in diuisione regni* a. 806. „Super om- „nia, inquit, iubemus, vt ipsi tres fratres curam et *defensionem* „*ecclesiae S. Petri* simul suscipiant, sicut quondam *ab auo nostro* CA- „ROLO, et beatae memoriae *genitore* PIPINO rege, et a nobis „postea suscepta est, et vt eam cum Dei adiutorio *ab hostibus de- „fendere* nitantur, et iustitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, „et ratio postulauerit, habere faciant.” Iisdemque fere verbis uti- tur LVDOVICVS PIVS: „Super omnia, similiter inquit, „iubemus, vt ipsi tres fratres *curam et defensionem ecclesiae S. Pe- „tri* simul suscipiant, sicut quondam *a proauo nostro*, CAROLO, „et *auo nostro* PIPINO, et beatae memoriae CAROLO, *genitore* „nostro, imperatore *et a nobis* postea suscepta est.”

(d) Certe

(d) Certe quam arcte patriciatus innexa fuerit obligatio defendendi ecclesias, vel ex formula dandi patriciatus adparet, qualem pristinis imperatoribus vsitatam exhibet P A G I ad a. 740. n. 6. verbis: "Hunc honorem tibi concedimus, vt ecclesijs Dei et pauperibus legem facias, et inde apud altissimum iudicem rationem reddas." M A S C O V I. c. p. 237.

(e) Sic vel *iurasse* fertur C A R O L V S M. sequentem in modum: "In nomine Christi spondeo ac polliceor ego C A R O L V S imperator coram Deo et P. Petro apostolo, *me protectorem ac defensionem fore huius sanctae Romanae ecclesiae* in omnibus vtilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout sciero poteroque," veluti quam sacramenti formulam ex libro rituum, quem *Romanum ordinem* vocant, profert B A R O N I V S *anal.* tom. 9. ad a. 800. §. 7. Sed nihil de ea habent coeui scriptores, ideoque fidem huius formulae iam in dubium vocauit C O N R I N G. *de imp. R. G.* cap. 7. §. 18. Attamen res ipsa quod ad continuatam et cum dignitate caesarea de nouo susceptam ecclesiae Romanae defensionem attinet, extra omnem dubitationis aleam est posita. Inter alia memorabile huius rei documentum est in litteris a L V D O V I C O imperatore ad B A S I L I V M Graecorum imperatorem a. 871. datis, apud B A R O N I V M tom. 10. ad a. 871. §. 66. vbi, "Mirari se, inquit, dilecta fraternitas tua significat, quod non Francorum, sed Romanorum imperator appellemur. Sed scire te conuenit quia *nisi Romanorum imperator* essemus, vtique *nec Francorum*. A Romanis enim hoc nomen et dignitatem assumimus, apud quos profecto primo tantae culmen sublimitatis et appellationis effulsit, quorumque gentem et vrbe[m] diuinitus gubernandam, et *matrem omnium ecclesiarum Dei defendendam atque sublimandam* suscepimus, ex qua et regnandi prius, et postmodum imperandi, auctoritatem prosapiae nostrae seminarium sumsit." P F E F F I N G E R *ad Virr.* tom. 1. p. 365. 886.

(f) Quodsi quidem formula fide digna est, quam *decretum* G R A T I A N I dist. 63. can. 33. exhibet, O T T O M. quoque in haec verba

iuravit: "*sanctam Romanam ecclesiam et rectorem ipsius exaltabo*
 „secundum posse meum." Comparari tamen merentur, quae ad
 eam monet SCHILTER *de libertate ecclesiae Germ.* lib. 3. cap. 5.
 §. 9. p. 315. sq. Certiora sunt, remque ipsam tamen satis confir-
 mant, quae de HENRICO S. ada. 1014. narrat DITMARVS apud
 LEIBNITIVM p. 400. verbis: "Henricus — ad ecclesiam S. Pe-
 „tri, papa cum clero exspectante, venit, et, antequam introduce-
 „retur, ab eodem interrogatus: Si *fidelis* vellet *Romanae* patronus
 „esse et *defensor ecclesiae*? sibi autem, suisque successoribus per
 „omnia intinus *fidelis*? deuota professione, se sic facturum, re-
 „spondit: et tunc ab eodem inunctionem regalem, et coronam,
 „cum contextali sua, suscepit."

§. II.

Indeque II)
cum hierar-
chia Romana
enata aduo-
catia totius
Christianita-
tis, eaque 1)
ex pristino sy-
stematica ita
comparata,

Immo posteaquam *ecclesia Romana* sensim ac pede-
 tentim ad supremum illud *hierarchiae* vniuersalis fastigi-
 um euecta fuerat, metropolis illa *totius Christianitatis*,
 eiusque caput simul totius ecclesiae Christianae supre-
 mum caput haberetur; naturali ratione *is, qui ecclesiae*
Romanae, etiam totius Christianitatis defensor et supremus
aduocatus esse pari iure intelligebatur. Quae totius Chri-
 stianitatis suprema aduocata caesarea, tunc aberat, vt
 aduersaretur systemati totius hierarchiae Romanae, vt
 potius amice cum systemate hoc conciliaretur hypothe-
 sis illa, *Romanum imperium*, tamquam *quartam* eamque po-
 stremam et ad finem mundi vsque duraturam *monarchi-*
am, a Graecis ad Francos Teutonicosque *Dei iussu* et
 auctoritate a pontificibus Romanis *translatum* fuisse (a).
 Iam enim *Christi regnum* hoc esse (b) et sub eo *omnes*
gentes Christianas *vna* quadam *republica* contineri (c),
 sed modo *duplicem* a Deo ordinatam esse statuebant su-
 premam totius mundi *potestatem* visibilem, vtramque
 Dei

Dei Christique vicariam; alteram *sacram*, alteram *secularem*, politicam, temporalem, profanam (*d*); vtramque mox *duorum gladiatorum* (*e*), mox *duorum luminarium* (*f*) sub imagine repraesentatam (*g*), sed et alteram alteri, sacrae nempe secularem potestatem, aequae ac *corpus animae*, *lunam soli*, tamquam inferiori superiori cedentem (*h*), et veluti *filialis obsequium* (*i*), quid quod *vassalliticae* et vel *tributariae* instar subiectionis fide obstrictam (*k*); at ceteroquin tamen ita comparatam, ut *omnes* reliquos *principes*, *populos*, *ciues*, modo ecclesiae cleroque nihil derimenti fiat, *supremam* illam *aduocati totius Christianitatis potestatem* comiter *venerari* eique obsequi oporteret (*l*).

(a) Sic translationem illam imperii a Graecis ea mente, "ut rex Teutonicus esset *imperator et aduocatus sedis apostolicae*" olim factam iam archissimo consortio iunxit HADRIANVS IV. pontifex († 1159.) in litteris ad archiepiscopos Germaniae scriptis apud AVENTINVM lib. 6. cap. 5. num. 10. p. 607. vide progr. VI. §. 3. not. a.

(b) CHRISTI nempe *regnum*, quod quidem is ipse *non huius mundi* esse clarissime declarauit, ii tamen, qui hierarchiae Romanae fauent, non de spirituali solum, sed et de temporali potestate mundique regimine interpretantur. Neque enim ceteroquin summam, quam vrgent, sacrorum potestatem a Christo in Petrum, ab hoc in pontificem Romanum deriuasse poterant. Enimvero *vices CHRISTI*, tamquam summi totius orbis, maxime Christiani, imperantis, quum tamen visibili modo orbi, quem regit, non praefideat, *in sacris papam*, *in secularibus imperatorem gerere* statuunt. Et ad hanc imperatoris suoque modo etiam aliorum regum vicariam Christi potestatem spectat formula vulgatissima olim recepta: *Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat*, quae et inter insignia imperii laminae gladii imperialis incisa est, Galliaeque regum

gum nummis aureis inscripta legitur. Inde quoque areola coronae imperialis Christum servatorem sedentem commonstrant cum inscriptione: *per me reges regnant*. Hinc denique frequentissimus formulae REGNANTE CHRISTO in veterum monumentis usus, quem singulari eaque iustas pro regibus maximis Philippo I. et II. summaque regum omnium potestate vindicias complexa diatribis eruditissima illustravit DAV. BLONDELL (Amsterd. 1646. 4.). Compara quoque, quae de hac re commentati sunt CAESARINVS FÜRSTENERIVS de *suprematu* &c. cap. 32. p. 118. et GOTTL. SAM. TREVER de *titulis officii imperatoris* cap. 2. §. 5.

(c) Latius hoc argumentum, quod in libro de *suprematu* iam tractauerat, porro prosequitur insignibusque documentis illustrat LEIBNITIVS in lectu digna praefatione, quam codici iuris gentium diplomatico (Hannov. 1693. fol.) praemisit, ubi inter alia: „In vniuersum, inquit, ante superioris seculi schisma placuisse diu
„video, vt quaedam gentium Christianarum respublica communis
„intelligeretur, cuius capita essent in sacris pontifex maximus,
„in temporalibus imperator Romanorum.” &c.

(d) Ita nempe adhuc legitur in corpore iuris canonici can. 10. dist. 96. ex epistolis GREGORII VII. a. 1080. (lib. 8. epist. 21.) aut, si Gregorio fidem habere malueris, ex litteris GELASII papae imperatori Anaslasio a. 494. scriptis: „Duo sunt, imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra
„pontificum, et regalis potestas.” Sic quoque GERVASIVS Tilberienfis (sec. XIII.) in *otii imperialibus*: „Duo sunt, inquit,
„imperator Auguste, quibus hic mundus regitur, sacerdotium et
„regnum. Sacerdos orat; rex imperat. Sacerdos peccata et debita remittit; rex errata punit.”

(e) Deum „in passione Christi filii sui duobus gladiis necessariis
„regendum orbem subiecisse” ipse imperator FRIEDERICVS I. in litteris Hadriano IV. datis vrget, apud RADEVICVM cap. 10. in *MVRATORI scriptoribus* tom. 6. p. 749. Similiter statim sub
initio

initio iuris provincialis Saxonici hoc veluti fundamentum omnium iurium, certe qualia in medio aevo intelligebantur, praemittitur im Sachsenspiegel lib. I. art. 1.: "Zwey Schwerdter ließ Gott auf Erden zu beschirmen die Christenheit, dem Pabste das geistliche, dem Kayser das weltliche." Eique statim additur ibi ratiocinium de braccchio seculari, quo potestati ecclesiasticae succurrere oporteat, id quod alia satis lepida imagine illustratur, verbis: "Dem Pabste ist auch geseht zu reiten zu bescheidener Zeit auf einem weissen Pferde, und der Kayser soll ihm den Stegreiff halten, auf das sich der Sattel nicht wende, das ist die Bezeugung, was dem Pabst widersteher, das er mit geistlichem Recht nicht zwingen mag, das es der Kayser mit dem weltlichen Rechte zwingt, dem Pabste gehorsam zu seyn. Also soll auch die geistliche Gewalt helfen dem weltlichen Gerichte, ob man sein dazu bedarf." Originem autem rei distinctius exponit glossa ad ius prov. Sax. l. c.: "Dies sind die zwey Schwerdter, davon im Evangelio die Jünger sagten zu Christo: Hier sind zwey Schwerdter, und Christus ihnen antwortet, und sprach: es ist gnug. Diese zwey bedeuten geistliche und weltliche Gewalt, das eine hatte damals St. Peter, welches nun der Pabst hat, das andere St. Johannes, das nun der Kayser hat."

(f) "Fecit Deus duo magna luminaria in firmamento coeli; luminare maius, vt praeesset diei, et luminare minus, vt praeesset nocti, — i. e. duas dignitates, quae sunt pontificalis auctoritas, et regalis potestas." Ita INNOCENTIVS III. ad imperatorem Constantinopolitanum a. 1199. in cap. 6. §. 4. X. de maiortate et obedientia.

(g) Singularem formulam utebantur legati electorum principumque in declaratione nuntio papali data a. 1460.: Wenn unsere gnädige Herren wohl wissen, daß sie dem heiligen Römischen Stuhle und unserm heiligsten Vater dem Pabste, als ihrem obersten Capitanen in der Geistlichkeit, unsern allergnädigsten Herrn dem Römischen Kayser als dem obersten Capitanen in der Weltlichkeit in allen billigen ziemlichen Sachen gehorsam seyn sol-

B

ten,

len, und auch das thun nach ihrem Vermögen in guten Getrauen.“
Müllers Reichstags: Theatrum Fried. des V. III. Bost. cap. 31.
p. 789. §. 12.

(b) Ita scilicet I) Gelasius seu potius Gregorius VII. l. c. can. 10. dist. 96.: “Duo sunt — quibus — mundus regitur; — in quibus „tanto grauius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regi- „bus (forte: regiminibus) hominum in diuino sunt reddituri exa- „mine rationem. Nosti itaque inter haec ex illorum te pen- „dere iudicio; non illos ad tuam redigi posse voluntatem.” Ita porro II) INNOCENTIVS III. l. c. 1199. cap. 6. §. 4. X. de ma- „iorit. et obed.: — “duo — luminaria — vtrumque magnum, sed „alterum maius; i. e. duas dignitates — sed illa, quae praest „diebus, i. e. spiritualibus, maior est, quae vero carnalibus minor; „vt, quanta est inter solem et lunam, tanta inter pontifices et re- „ges differentia cognoscatur.” Plane alias quidem rationes III) im- „perator Friedericus ex ipsa imagine duorum gladiatorum subduxit apud RADEVICVM l. c. in MVRATORI script. tom. 6. p. 749.: “Quum „per electionem principum, inquires,” a solo Deo regnum et impe- „rium nostrum sit, qui in passione Christi filii sui duobus gladiis „necessariis regendum orbem subiecit, quumque Petrus apostolus „hac doctrina mundum informauerit: Deum time, regem ho- „norificate; quicumque nos imperialem coronam pro beneficio a do- „mino papa suscepisse dixerit, diuinae institutioni et doctrinae Pe- „tri contrarius est, et mendacii reus erit.” Sed IV) egregie ite- „rum rem conciliat glossa iuris prov. Sax. l. c. vbi: “Es ist gewiß, „daß man das Reich von niemand haben mag, denn von Gott. — „Und derowegen möchte einer schliessen, daß der Kayser eine höhere „Gewalt hätte, als der Pabst. Aber dem zuwider ist dieses, daß „Gott hat dem Pabste geistliche und weltliche Gewalt gegeben; Auch „muß der Kayser dem Pabste schwören. — Auch hat der Pabst das „Reich aus Osten in Westen gebracht.” En hic in primis vni- „uerse illam vbiuis fere occurrentem adplicationem translationis il- „lius imperii a Graecis ad Francos factae!

(i) Egregie iterum GREGORIVS VII. can. 9. dist. 96. (a. 1080.)
“Quis dubitet, inquit, sacerdotes Christi regum et principum om- „nium-

„niumque fidelium patres et *magistros* ceneri? Nonne miserabilis
 „infantiae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum
 „sibi conetur subiugare, et iniquis obligationibus illum suae pote-
 „stati subiicere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in coe-
 „lis se ligari posse et solui?”

(k) De vastissimo illo consilio, quo in primis GREGORIUS VII. omnia regna sub veram S. Petri seu potius pontificum Romanorum *subiectionem vasaliticam* eamque *census et tributis annuis recognoscendam* cogere studuit, nec certe omnibus ausis excidit, legi praefertim merentur testimonia ex ipsis Gregorii epistolis collecta in MOSHEMII *institutionibus historiae ecclesiasticae* (1755. 4.) p. 402. not. g. Sigillatim HENRICO IV. imp. praescripta erat haec iurisiurandi formula: “Ab hac hora et deinceps *fidelis* ero per re-
 „tam fidem B. Petro apostolo, eiusque vicario papae GREGORIO
 „— et quondumque mihi ipse papa praeceperit sub his videlicet ver-
 „bis: *per veram obedientiam*, fideliter, sicut oportet Christianum,
 „*obseruabo*. — Et eo die, quando illum primitus videro, *fideli-*
 „*ter* per manus meas *miles sancti Petri et illius* efficiar.” Neque
 „*sequentes imperatores* detrectare potuerunt eandem similemve *iurandi formulam*, quae vel ad hanc vsque diem continuatur in quinta, quae coronando imperatori proponi et ad quam adnexa iurisiurandi fide is respondere solet, interrogatione: “Vis sanctissimo in Christo patri et domino Romano pontifici et sanctae Romanae ecclesiae *subiectionem debitam et fidem* reuerenter exhibere?” Qualem vero subiectionem fidemque hic intelligant pontifices Romani, quanta fieri potuit sollemnitate declarauit CLEMENS V. cap. vn. *de iureiurando* lib. 2. tit. 9. Clementinarum, nimirum “*illa iuramenta* praedicta *fidelitatis existere* et ceneri debere.” Conf. PFEFFINGER *ad Vitruv.* tom. 1. p. 887.

(l) Satis adposite auctor consilii de aduocatia caesarea in motibus super constitutione *Vnigenitus* exortis interponenda a. 1722. dati in LÜNIGII *scriptis selectis illustribus* p. 117. sq.: “*Nachdemmalen auch die Römisch catholische Religion, welche zu Zeiten Caroli*
 B 2 M. sich

M. sich fast innerhalb der Gränzen der Fränkischen Monarchie endigte, sich ausserhalb dieses Reichs ausbreitete, und die Päbste, durch welche diese Religion eben fortgepflanzt wurde, ihr Ansehen und geistliche Oberherrschaft auch in andere Reiche erstreckten, ist die kaiserliche Auctorität immer mit nebenher gewandert, und eo ipso in andere Reiche introducirt worden, massen den Kaysern, als Schuß-Herren, Bögten und patriciis allerdings Sorge zu tragen oblag, daß die Römische Kirche nicht nur innerhalb des Kayserthums in Ruhe verbleibe, sondern auch in auswärtigen Landen, oder durch auswärtige Streitigkeiten keinen Schaden leide. Wie dann auch die Päbste die Kayser gar fleißig um Beystand und Vermittelung angesprochen und ihnen ihr kaiserlich Amt der Ober-Vogtey oder *advocatae ecclesiae Romanae* vorzuhalten gewußt, wenn ihr Ansehen in den auswärtigen Reichen zu Grunde gehen, und allerhand Mißhelligkeit unter den Kirchen entstehen wollen."

§. III.

vt a) imperator haberetur caput temporale totius Christianitatis;

Sic itaque saluo prorsus sacro pontificis Romani *suprematu* fieri poterat, vt perinde, ac ille in sacris, ita *imperator* in politicis *Dei Christianique vicarius* haberetur (a) tamquam *caput temporale totius populi Christiani omniumque fidelium* (b). Quid quod haud parum utilitatis inde sperari poterat pro salute ecclesiae atque firmamento ipsius hierarchiae Romanae, quum non omnium modo *ecclesiarum, clericorum* (c), *orphanorum, viduarumque* (d), sed et ipsius *catholicae fidei* tam contra infideles quam aduersus schismaticos vel haereticos propugnandae, defendendae et propagandae *protectorem supremum et vniuersalem* nunc haberet ecclesia sedesque eius suprema pontificia Romana (e); eumque non potentem solum sed et *omnium Christianae religionis gentium vnanimi consensu* seu expresse seu tacite agnitum (f), et vel eadem in

in hac qualitate in *primo omnium regum loco* constitutum (g). Quarum omnium rerum vltus in primis olim conspicuus erat cum *in bellis sacris* et quae religionis caussa gerenda esse videbantur (h), tum *in conciliis ecclesiae vniuersalibus* protegendis (i), schismatibusque cauendis (k), forte etiam in supremo *Iudaeorum* per omnem Christianitatem *dominatu* (l).

(a) Secundum ea, quae narrat WIPPO *de vita Conradi Salici* (apud PISTORIUM tom. 3. p. 466.) archiepiscopus Moguntinus in consecratione huius regis inter alia eum adlocutus est hisce verbis: "Ad summam dignitatem peruenisti. *Vicarius es Christi.*" Ipseque WIPPO l. c. p. 468. repetit hoc regis elogium: "In ipsa, „inquiens, processione regis tres venerunt ante illum, cum singulis „querimoniis: vnus erat colonus ecclesiae Moguntinensis; alter „pupillus fuit; et quaedam vidua. Dum rex eorum causas audi- „re coepisset, quidam de principibus suis auertebant eum, dicen- „tes, ne consecrationis suae aliquam moram faceret, et mature di- „uina officia audiret; respiciens ad episcopos, *vt vicarius Christi,* „christianissime respondebat: si meum est regimini insistere, et id „viri constantis est, nequaquam differre, quod apte fieri valet; re- „ctius videtur mihi, facere, quod debeo, quam, quid faciendum „sit? audire ab alio."

(b) Teste TAGENONE in *descript. exped. Asiaticae* (apud FREHERVM tom. I. p. 409.) FRIEDERICVS I. Imp. Graecorum legatis exposuit, "se in vrbe Roma coronam et *imperium totius Christianitatis* accepisse." Eadem mente GREGORIVS VIII. in litteris recredencialibus a. 1187. HENRICO VI. missis: "Speramus, inquit, quod in diebus ministracionis nostrae taliter circa „cellitudinem regiam Romana praestante domino se geret ecclesia, „vt regia cellitudo honorem suum sibi gaudeat conseruatum et „*pulus Christianus* per contrarias voluntates eorum, quibus *principaliter commissus est gubernandus*, sperata non debeat vilitate fru-

„frustrari.” LEIBNIT. *cod. iur. gent. diplom.* tom. I. p. 4. n. 8. In primis autem *in iurciurando electionis*, quod electoribus praescribit A. B. cap. 2. §. 3. spondere ii adstringuntur “secundum omnem discretionem et intellectum suum se cum Dei adiutorio eligere velle *temporale caput populo Christiano*, i. e. regem Romanorum in caesarem promovendum, qui ad hoc sit idoneus.” Cui statim addit eadem lex fundamentalis §. 4. : vt ne a ciuitate Frankfurt separentur electores, “nisi prius maior pars ipsorum *temporale caput mundo elegerit seu populo Christiano*, regem videlicet Romanorum in caesarem promovendum.” Eaque ex ratione quum FRIEDERICO III. Pius II. a. 1459. pileum ensenque consecratum mitteret; profitebatur, hoc munus “nulli posse conuenientius dari, quam ei, cui ex officio suo apostolicae sedis et *totius Christianitatis protectio* sit propria.” LEIBNIT. *cod. iur. gent. dipl.* tom. I. p. 420. Eodem denique etiam tendunt verba capitulationis CAROLI V. in prooemio: Zu der Ehre und Würde des königlich Römischen Namens und Gewalt erhaben, — deren wir uns auch Gott zu lobe, dem heiligen Reiche zu Ehren, und um der Christenheit und Teutschen Nation auch gemeinen Nutzens willen beladen” etc. et art. 1. : “daß wir — die Christenheit und den Stuhl zu Rom, auch päpstliche Heiligkeit, und die Kirche, als derselben Advocat, in gutem Befehl und Schirm haben — sollen und wollen;” Similiaque iam antehac in legibus imperii occurrunt imperatorum encomia, veluti in R. I. 1512. §. 4. : “als rechter Vogt und Schirmherr der christlichen Kirche;” in R. I. 1518. pr. : “als erwählter Römischer Kayser, Vogt und Schirmherr der Christenheit;” vti porro post capitulationem Caroli V. in R. I. 1529. §. 1. : “Ihre kaiserliche Majestät als das oberste Haupt und Vogt der Christenheit;” in R. I. 1530. §. 10. : “als Römischem Kayser und oberstem Vogte der Christenheit.” etc.

(c) Ad privilegium a. 1498. ecclesiae Moguntinae largiendum MAXIMILIANVS I. imperator se cominotum esse ait “als Römischer König, oberster Schützer und Schirmherr aller Heiligkeit.” Lünigs Reichsarchiv Specil. eccl. 1. Th. 1. Forts. (vol. 16.) p. 97.

(d) CON-

(d) CONRADVM SALICVM, teste WIPPONE (apud PRISTOR p. 466.), archiepiscopus Moguntinus in actu consecrationis inter alia admonuit sequentem in modum: "Quum Deus a te multa requirat, hoc potissimum desiderat, vt facias iudicium et iustitiam ac pacem patriae, quae semper respicit ad te: vt sis *defensor ecclesiarum et clericorum, tutor viduarum et orphanorum*: cum his et aliis bonis firmabitur thronus tuus hic et in perpetuum." Quumque electores a. 1314. de Ludouico Bauaro pontifici Romano scriberent; "consensus inquit, concorditer in eundem Ludouicum — in imperatorem postmodum promouendum et in aduocatum sacrosanctae Romanae ac vniuersalis ecclesiae *viduarumque et orphanorum defensorem*." HERWARTVS in *Lud. IV. imp. def.* p. 14. 26.

(e) Sic FRIEDERICVS II. Imperator in litteris a. 1246. ad S. P. Q. R. datis: "vt huiusmodi gubernetis nequissimos proditores, qui non sine multiplici Christianitatis clade nostrum sanguinem, vtpote Romani caesaris, *catholicae fidei defensoris* sic vnanimiter sitiebant." GOLDAST *const. imp.* tom. 3. p. 394. Sic electores in litteris a. 1314. iam memoratis LVDOVICVM Bauarum nominant "*aduocatum sacrosanctae Romanae ac vniuersalis ecclesiae*." Et in R. I. 1529. §. 39. siue constitutione aduersus anabaptistas CAROLVS V. nominatur "*oberster Vogt und Beschirmer unsers heiligen Christlichen Glaubens*." Ceterum sollenni *defensoris fidei* titulo a bulla papali inde a. 1521. HENRICO VIII. data annoque 1523. confirmata *Reges Angliae* vt constat; sed qua ratione iam eo tempore conciliata fuerit caesarea Anglicaque rerum sacrarum defensio, ex inscriptione camerae consulum Londinensium in Guildhall iam tempore Henrici VIII. confecta docet SELDENVS *de titulis honorum* part. 1. cap. 5. p. 82.:

"Carolus, Henricus viuant, *defensor* vterque,
 „Carolus *ecclesiae*, Henricus *fidei*."

(f) Ex sententia Hug. GROTII *de iure belli et pacis* lib. 2. cap. 15. §. 12, "*foedus* (ab omnibus Christianae religionis regibus et populis)

pulis) „initum fuit, et princeps eius creatus consensu communi Romanus, manus Imperator.” Contra quod sibi quidem “de perpetuo huius generis foedere nihil constare” tradit LIMNAEVS ad capitul. Car. V. art. I. p. 129. Enimuero tacite saltem hocce caput temporale totius Christianitatis satis superque agnitum fuisse, abunde probant facta omnium singulorumque Europae populorum.

(g) Mosers Teutsches auswärtiges Staatsrecht (1772.) S. 14. S. 8.: “Kraft eines alten, noch nie bestrittenen Herkommens, lassen alle weltliche christliche Häupter dem Römischen Kayser den Rang und die Vorhand; und hiernach richten sich auch die allerseitige Gesandten. Das ist aber nur von dritten Orten zu verstehen. In des Kayfers eigenem Quartier und Erblanden verlangt der Kayser zwar auch die Oberhand; allein die meisten Könige wollen es nicht nachgeben, und kommen deswegen nicht zu dem Kayser, oder doch nur incognito, oder sie sprechen einander, wie Kayser Leopold und König Johannes III. in Polen, zu Pferde auf freyem Felde, da man nicht sagen kann, wer den Rang hat. Nur der Türckische Kayser weicht dem Römischen Kayser nicht, noch jenes Gesandten dieses Gesandten; sondern es wird zwischen beyden die allergenaueste Gleichheit beobachtet.”

(h) Olim in expeditionibus cruciatis, nouiore aevo in bellis contra Turcas vel supremum exercitus Christiani imperium Imperatoribus, si eo vti vellent, suo iure concedendum esse existimabatur. Sic iam HENRICVM III. imperatorem quum BENZO excitaret ad bellum sacrum in Palestina suscipiendum in panegyrico cap. 17. apud MENKEN scriptor. rer. Germ. tom. I. p. 973., ait: “haec propheta tendit oculum ad te, qui eris in hoc opere per voluntatem domini signifer Christianae religionis.” Sic FRIEDERICO III. posteaquam a. 1459. enseni consecratum miserat PIVS II., quo “supra feimur suum in defensionem sacrosanctae catholicae fidei poterit accingeretur;” porro, “bello iam contra Turcas indicto” — quum “de duce ad tantum bellum praeficiendo” cogitasset, litteris ei d. 12. Ian. 1460. datis illum primum sibi occurrisse ait, “non solum

„lum cui tantum *munus ex imperiali officio debitum* censeatur, sed
 „cui *omnes gentes parere* et subesse non dedignentur.” Etsi “vero,
 „pergit Pius II., caelarea dignitas ex debito hoc tibi imponit; nihilo-
 „minus — te contra Turcorum impiam gentem — *ducem ac ca-*
 „*pitaneum generalem* — declaramus” &c. LEIBNIT. *cod. iur.*
gent. dipl. p. 420. 421. n. 178. 180. Eademque res adhuc agitur in
 R. I. 1518. pr., vbi MAXIMILIANVS I. ait: “Nachdem wir, als er-
 wehltter Römischer Kayser, Vogt und Schirmherr der Christen-
 heit, aus Christlichem Gemüthe betrachiet, und zu Herzen gefasset
 — die schwere und obliegende Sachen gemeiner Christenheit,
 unsers heiligen Glaubens und Teutsche Nation, mit was An-
 sehung und Gewalt der Feind Christi unsers Herrn und Seelige-
 makers der Türke unsern Glauben und gemeine Christliche
 Kirche zu benöthigen und unterzudrücken sich täglich über,
 und deshalb hievor versüget, daß unsere und aller Christlichen
 Könige und Porentaten Vorschafften zu päbstlicher Heiligkeit ge-
 kommen sind zu ratzschlagen und zu beschliessen, wie solchem er-
 schrecklichen Obliegen und Vornehmen Rath und Widerstand ge-
 schehen möge. &c. Quid quod adhuc FRANCISCVS I. *rex Galliae*
 scripsit: “Obtuli liberaliter, quod maiores mei — praestare sunt
 „soliti, id me perlubentem esse *Christianae reipublicae* praestitu-
 „rum, vt *copias* scilicet *meas omnes*, etsi multae mihi proponebantur
 „a bello quiescendi occasiones, tamen ipse praesens, vel ad tuen-
 „dam Italiam, cui tum etiam Turca imminebat, vel alio, quocun-
 „que rei postulare necessitas, educerem; ita tamen, vt *caesari*
 „nihilominus *principem* ea in expeditione *locum* non grauarer *ex*
 „*officio cedere.*” Mosers *Staatsr.* tom. 3. p. 106.

(i) Quod ad *concilia* attinet, SIGISMVNDVS e. g. in con-
 stitutione *de tuendo concilio Constantiensi* a. 1415.: “Nos, inquit,
 „tamquam Romanae ecclesiae *aduocatus*, dicti concilii *defensor.*”
 GOLDAST. *const. imp.* tom. 3. p. 425. Similiter FRIEDERICVS
 III. in *saluo conductu concilii Basileensis* a. 1435., “quemadmodum
 „nobis, inquit, tamquam *aduocato et primo protectori* sanctae Ro-
 „manae ecclesiae et *sacrorum conciliorum* digne conueniebat.”

C

GOL-

GOLDAST *l. c.* p. 453. Indeque ipsum illud concilium Basileense „Ioannem comitem in Tyerstein *protectorem* dictae synodi *imperiali* „*auctoritate deputatum vice gerentem*“ nominat apud LEIBNIT. in *cod. dipl.* p. 369. Sic denique in R. I. 1548. §. 6., 1551. §. 6. imperator nominatur „Beschirmer der Concilien.“

(k) De *schismate* cauendo agebatur e. g. in R. I. 1512. §. 4. verbis: „Nachdem wir vor Augen sehen und merken, daß unser heiliger Vater der Pabst und die heilige Römische Kirche in etwas Verrübung und Beschwerung stehen, gegen ertliche Christliche Gewalte, auch ein Schisma in der heiligen Kirche sich zu erheben zu besorgen seyn möchte; so achten wir vor merklich nothdürftig, daß wir, als rechter Vogt und Schirmherr der Christlichen Kirche, auch Churfürsten, Fürsten und andere Stände des Reichs, sich in die Sache schlagen und Wege fürnehmen, wie solche Beschwerung und Schisma zum förderlichsten und besten abgewendet, verhüet und zur Besserung gestellt werden möge.“

(l) „Lepida erat historia, — vbi ALBERTVS I. *Iudaeos omnes* in regno Galliae, vt *seruos camerae imperialis sibi vindicauit*, „PHILIPPVS vero Galliae rex, a iurisconsultis suis, quos consuluerat, condemnatus, eos regno expulit, et ad eorum dominum „*imperatorem*, ablati omnibus, *communicare iussit*.“ SENKENBERG *method. iurispr.* append. 6. §. 20. p. 200. ibique cit. Otto carus ab HORNECK *chron. Aust.* c. 779. sq. apud PETZ, tom. 3. *Austriacorum*.

§. IV.

et b) imperium Romanum ob hunc cum ecclesiam nexum sacrum caesareaque maiestas sacra vocaretur.

Quae quum ita essent, quumque iam in pristinis *historiae legumque Romanarum* monumentis fat multa legentur vestigia, quibus *imperatoribus* olim *sacri* et vel *diuini* quid fuisse significatum fuerat, vt vel *sacratissimi* vocarentur ipsi *imperatores* (a), sacraque omnia, quae ab illis procedebant aut quacumque speciali quadam ratione ad illos spectabant (b); nemo certe mirabitur,

rabitur, ab eo tempore, quo imperatores Romani reges-ue Romanorum, tamquam aduocati ecclesiae Romanae atque temporalia totius Christianitatis capita, tam arcto cum sacrosancta ecclesia sanctissimaque religione nexu constituti esse censebantur, plane noua eaque eminentiore ratione *sacratissimorum encomia* de iis repetita esse (c), *ipsumque adeo imperium Romanum* tamquam SACRVM imperium mox prae aliis omnibus Europae regnis honoratum fuisse (d). Immo et SACRA maiestas imperialis eminentiore olim sensu imperatoribus potissimum propria, neque aliis omnino regibus ab initio communis fuisse videtur (e).

(a) L. 9. D. ad SC. Tertullianum, L. vlt. C. in f. de delatoribus, L. 22. C. de iure deliberandi, L. II. C. de his, qui vt indignis auferuntur. Plane SCAEVOLA in L. 3. D. de natalibus restituendis: "Quaeris, inquit, an ingenuitatis iure vtatur is, quem *sanctissimus* et nobilissimus imperator natalibus suis restituit? &c. HERM. POST. diff. de diuinis imperatorum titulis eorumque origine (Erf. 1716.) §. 21. p. 25.

(b) "Quemadmodum principes aeterni, sancti, diuini vocari volebant, ita omne illud, quod vel ab iis processerat, vel ad eos spectabat, his nominibus indigitabatur. Temporibus enim quinti et sexti seculi ille iam modus loquendi receptus, vt fere nil sacrum et diuinum diceretur, nisi quod imperatorum erat. Summo cum taedio parique cum indignatione repetitas has voces in SYMMACHO et CASSIODORO deprehendes, vt et innumeris in legibus et constitutionibus." Ita POST. in pererudita diff. alleg. §. 25. p. 29., additis simul exemplis rerum, quae ad sacrum dominium pertineret dicebantur in L. vlt. C. ne rei dominicae vel templ.; comitatus *sacratissimi* in L. 16. §. 7. C. de erog. milit. anno.; palatiorum *sacratissimorum* in L. vlt. C. de off. rect. prov.; Sacrarum fabricarum. in L. 6. C. de fabricens.; Sacri thesauri in L. 7. C. de susceptor praepos.; *Sacratissimi* deni-

denique *aerarii et sacratissimi fisci* in L. 2. C. de quadr. praeser. Quin urbem etiam *sacratissimi nominis* Constantinopolin nominat L. vn. C. de honoratorum vehiculis.

(c) *Sacratissimus princeps* vocatur MAXIMILIANVS Romanorum rex in tractatu pacis et foederis concluso ad stapulas supra mare inter Galliae et Angliae reges d. 3. Nov. 1492. apud LEIBNITIVM in *cod. iur. gent. dipl.* p. 459. §. 18. Id quod tanto magis memorabile est, quum *alii reges* in eodem tractatu tantum *serenissimi* vocentur, ipseque MAXIMILIANVS tum viuo adhuc patre Frederico III. *neccum regens imperator* esset.

(d) SACRI imperii denominatio dudum adeo vsitata fuit, vt ne addi quidem solet nomen Romani imperii. Sic Moguntinus e. g. elector iam ab a. 1239. inde se nominavit *sacri* imperii per Germaniam archicancellarium in *GVDEN. cod. diplom.* tom. I. p. 550., eademque formula adhuc occurrit in diplomate electorali Moguntino anni 1438. *GVDEN. l. c.* tom. 4. p. 238. Nescio, vtrum casu, an alia ratione contigerit, primum in diplomate lingua Germanica scripto a. 1435. electorem Moguntinum se nominasse *des heiligen Römischen Reichs in Teutschen Landen Erzcantzler*, et Latino sermone demum a. 1515. *sacri Romani* imperii per Germaniam archicancellarium. *GVDEN. l. c.* tom. 4. p. 220. 584. Ceterum non in aurea bulla solum, sed multo etiam nouioribus legibus promiscue mox *sacrum* dumtaxat, mox *sacrum Romanum imperium* dicitur, seu Germanico nomine mox *das heilige Reich*, mox *das heilige Römische Reich*. Quid quod aliarum etiam gentium consueto stilo quasi per eminentiam dicitur *le saint empire*, aut plane vnico verbo *l'empire*. Neque iniucundum erit obseruari, quomodo pari passu ambulare videantur formulae *sanctae* Romanae *ecclesiae* et *sacri* Romani imperii, in primis abbreviatae litteris solum initialibus S. R. E. (vide e. g. *LEIBNIT. cod. dipl.* p. 421.) et S. R. I.; immo ob deficientem *sancti sacrique* vocabulorum diuersitatem vel similiores formulae Germanicae: *der heilige Römische Stuhl und das heilige Römische Reich*, veluti quas amice iunctas videtis in
 declara.

declaratione a. 1460. nomine electorum principumque facta, quae contestatur eos esse die gehorsamen des h. R. Stuhls und des h. R. R. in Müllers Reichstags-Theatro Fried. III. Vorst. p. 789. & eademque ratione omnino similes formulae Gallicae *le saint siège et le saint empire*. In aureae bullae prooemio memoratur *Christianum imperium*, et vel *Christianissimum regnum* procul dubio eadem mente, qua sacrum alias, dicitur. Sed posterior haecce sacri imperii denominatio tamen vbique praevaluit.

(e) *Sacrae maiestatis* appellationem tam esse propriam imperatoris, quam *Christianissimae* Galli, et *catholicae* Hispaniae regis, iam contendit LEIBNITIVS sub nomine FÜRSTENERII de *suprematu* latens cap. 32., idemque repetiit in *praefatione codicis iurispergentium diplomatici*, addens, quod idem epitheton sacrae maiestatis et aliis subinde attribuitur, ita accipiendum esse, quemadmodum alicubi imperatores Christianissimi dicantur vel catholici. Sed et addidit eximiam probatiorem in tractatu Galliae Angliaeque regum a. 1492.; quem iam in superiore nota c allegavi, vbi §. 17. 18. p. 459. solus imperator *sacrae maiestatis imperialis* encomio condecoratur, reliqui reges dumtaxat serenissimi principes nominantur.

§. V.

Ex quo autem LV THER I auspiciis instituta *sacrorum reformatio* ingentem Europae et in primis Germaniae partem hierarchiae Romanae subtraxit, non obtinere quidem potuerunt *electores* Augustanae confessioni additi, vt deleretur in *capitulatione* CAROLI V. primum insertus passus, *de advocatia illa caesarea* (a), quam prouti cum systemate hierarchiae Romanae cohaerere videbatur, non amplius aequae ferre poterant *evangelici* (b). Attamen id effecerunt, vt diserte caueretur in ipsa capitulatione, *evangelicos sibi haud stipulari* promissiones

2) Post reformationem Lutheri a) advocaciae istius caesareae haud parum decessit non solum inter evangelicos sed et inter catholicos.

fiones illas in fauorem ecclesiae Romanae sedisque pontificiae tendentes (c). Immo *post pacem Westphalicam* etiam hoc addi curauerunt, vt *ne quidquam detrimenti* inde inferatur *religioni euangelicae*, quam potius aequae suam ipsius religionem tueri et protegere abhinc promittunt imperatores (d). Ceterum *supremam* illam totius *Christianitatis aduocatum* adhucdum *in medio reliquit*, capitulatio (e), nec enim, quod ei vehementer contradicant, se habere putarunt *euangelici* (f). At reuera tamen etiam *inter catholicos* hodie vix amplius dantur casus, quibus imperator tamquam aduocatus ecclesiae Romanae totiusue Christianitatis agere possit (g). Etenim magis fere in verbis quam in re consistere videntur, quae adhuc de *protectione* caesarea collegii *cardinalium* sede vacante in conclauis congregatorum declarari (h), aliaue de *suprema caesaris protectione* religioni Christianae et catholicae debita subinde bona verba fieri solent (i). Ea vero, quae ad *specialem Germaniae catholicae aduocatum* pertinent, omnino *haud confundi* oportet *cum aduocatum ecclesiae Romanae* totiusque Christianitatis, quandoquidem illam non prouti hanc vi imperii Romani, sed *vi maiestatis Germanicae* imperator exercet (k).

(a) "Vide seriem eorum, quae in electione MAXIMILIANI II, primum hac de re acta sunt, in Bagens (seer. Mogunt.) Wahlacten R. Max. des II. in Joh. Wilh. Hofmanns Samml. ungedruckter Urkunden tom. 2. p. 387. sq. und in Mosers Anmerkungen über die Wahlcap. R. Carls des VII. part. 2. p. 40. sq.

(b) Quid enim aliud est, personam, dignitatem, *auctoritatem* summi *pontificis* tueri, quam adserere, defendere vicarium Christi in tota ecclesia, caput eiusdem visibile, potestatem iudiciariam in
contro-

controuerſiis ſacris, aeſtimatorem haereſium, vindicem ſeneriſſimum haereticorum, iurisdictionem eccleſiaſticam independentem aliaque, quae cum euangelicorum religionis veritatibus et conſcientia ſtare nequeunt. Quomodo ergo Caefarem obligari vellent ad defendendam eiſmodi auctoritatem?" Ita me quidem iudice veriffime ratiocinatur TREVER *detit. officii imp.* cap. 2. §. 4. p. 17. Certe quomodo, grauaminibus euangelicorum vt obuiam eatur, adhuc caefaream aduocatiam excitare ſoleat ſedes pontificia, egregium ſpecimen exhibent litterae CLEMENTIS XI. d. 16. Dec. 1719. ſcriptae, quibus, vt ne elector Palatinus eccleſiam Heidelbergſem reformatis reſtitui cogatur: "*praecipuum orthodoxae religionis aduocatum* — CAROLVM imperatorem — litteris vehementer ſe excitaffe" ait. Vid. *Sabers Staatskanzley* tom. 38. p. 281.

(c) Sic primum CAPITVL. MAX. II. (1562.) art. 2.: "Gleichwohl ſoviel dieſen — Artikel — anbelanger, haben — die weltlichen Churfürſten ſich ausdrücklich gegen uns erklärt, was darſelbſt von dem Stuhle zu Rom, auch der päbſtlichen Heiligkeit für Meldung geſchiehet, daß Ihre Liebden darein nicht wollen wiliſigen, noch uns damit verbunden haben." LINNAEI *capitul.* p. 483. Nouiffimae capitulationes breuius art. 1. §. 10.: "So viel in dieſem Artikel den Stuhl zu Rom und P. H. betrifft, wolſten die der A. C. zugerhanen Stände uns damit nicht verbunden haben." Conf. *Moser l. c.* p. 44. ſq.

(d) CAPITVL. (1653.) art. 1. §. 10.: "Geſtatten dann auch gedachte *aduocatia* dem Religions- und Profan: auch dem Münzſter und: Osnatrückiſchen Friedensſchluffe zu Nachtheil nicht angezogen, noch gebraucher, ſondern den obgedachten Churfürſten, und ſämmlichen ihren Religionsverwandren im Reich gleichlicher Schutz geleiſtet werden ſolle." Conf. *Moser l. c.*

(e) In conuatu electionis RVDOLPHI II. a. 1575. plane mouerat Palatinus: "daß der Stuhl zu Rom gar ausgelaffen, und an ſtatt deſſen die Chriſtliche Kirche, deren aduocatus und defenſor ein Kayſer ſeyn ſolle, geſetzt werde, welches dann unſtreitig ſey, und keinem Theile präjudicire." *Moser l. c.* p. 43. §. 3.

(f) Neque

(f) "Neque illi rei (advocatae ecclesiae vniuersalis) habent, inquit FÜRSTENERIVS *de suprematu* cap. 31., "cur con-
 tradicant protestantes. Nam *advocatus ecclesiae, non nisi ad ho-*
nesta iustaque protectionem debet, neque ideo prohibetur abusus
 mederi qui forte irrepere. Immo contra ad ipsius quoque mu-
 nus pertinet dare operam, quantum in ipso est, ne quid vera ec-
 clesia catholica detrimenti capiat, quare qui tantum decus impera-
 tori auferre conantur, illi, quod in imperatoria potestate potissi-
 mum est, destruant." Addit porro cap. 32. inf.: "Boni publici
 interesse visum vt communi auctoritate Christiani conuenerentur
 et tum inter se pacem colerent, tum hostibus fidei formidabilio-
 res essent. Quod si nec de Petri vicariatu, nec de quarta monar-
 chia traditio diuini iuris est, saltem vtiliter introductam ac credi-
 tam plerique iudicare. Quinque hoc in primis fundamento ni-
 ti in Christiano orbe sacra imperatoris Romani maiestas videatur;
 consequens est non oppugnari a nostris principibus, sed defendi
 debere, vt appareat non ipsos solos, sed et alios *omnes reges*
principesque Christianos quodam pietatis atque officii vinculo ec-
 clesiae Christi atque imperio Romano submitti, alios autem prin-
 cipes nonnullos a nostris non tam iure quam *in multis usurpati-*
one libertatis distingui: mirum autem non esse, quod nostra na-
 tio reuerentiae imperatori debitae retinentior fuit, postquam im-
 perii dignitatem ad se traduxit."

(g) Auctor quidem consilii supra (S. II. not. 7. p. II.) allegati statuit:
 "Obwohl verschiedene Reiche und Lande von dem Römischen Rei-
 che, nachdem dasselbige an die Teutschen gelanget, wider abgeris-
 sen worden, und in die Souveränität getreten; So haben doch die
 Römischen Päbste in selbigen ihre geistliche Oberherrschaft vor wie
 nach behalten, welche zu handhaben und vertheidigen zu helfen, der
 Kayser in Kraft seiner advocatae in ecclesiam Romanam schuldig
 und besugt ist, daß daher die Wirkung dieser Kayserlichen
 Obervogtey sich in alle dieselbige Lande erstreckt, welche
 des Römischen Stuhls geistliche Oberherrschaft erkennen,
 ob sie gleich sonst in temporalibus mit dem Teutschen Kayser nichts

zu thun haben." *Lünigs scripta ill.* p. 120. At vix tamen expectari amplius inde poterit quidquam utilitatis.

(b) Vide e. c. *orationem* a principe de LICHTENSTEIN, tanquam legato caesareo Romae *in consistorio purpuratorum* d. 12. Febr. 1691. propositam, vbi initio: "Etsi in eo, inquit, eminentissimi patres, vt ad electionem noui pontificis procedatis. Magnam profecto opus aggressuri. Quid enim aliud maius, quam illum votis vestris designare, qui vicarius Christi sit in terris; qui clauis teneat coeli; qui ecclesiae pastor sit vniuersae? Huius sanctae ecclesiae aduocatus est Caesar, dominus meus clementissimus; hoc titulo glorioso praefulget diadema Caesareum; hoc munus est imperatoris, patrocinari ecclesiae, personam, dignitatem, auctoritatem summi pontificis et summae sedis apostolicae tueri, eiusque iura sacra et intacta seruare." — Et sub finem: "Ceterum caesarea sua maiestas — offert huic sancto collegio se suaque regna, et quidquid Deus in eiusdem manu potentiae posuit, adtendam dignitatem, spondetque sibi vicissim curae cordique, tanquam rei propriae vobis futurum, vt salua semper et intacta permaneat caesarea illa dignitas, quae in deus tutelam et salutem vestram tota impenditur." Vide *Sabers Europäische Staatskanzley* tom. I. p. 750 - 752.

(i) Sic e. g. adhuc CAROLVS VI. imperator I) in litteris patentibus d. 28. Iun. 1716. ait: "daß, nachdem uns — von des Marquis de Longallerie Vorhaben — umständliche Nachrichten zugekommen, daß er sich in Gott: und ehrvergeßene Anschläge gegen die werthe Christenheit vertiefe, und zu deren Ausführung mit dem Erbfeinde des Christlichen Glaubens und Namens gewisse Bündnisse errichtet, wir als Haupt der Christenheit, aus unserer derselben schuldigen väterlichen Vorsorge und Beschützung zu Vernichtung einer so gottlosen Unternehmung denselben sammt seinen bey sich habenden Leuten, wo selbige auf des Römischen Reichs Boden betreten werden sollten, zur gefänglichen Haft zu ziehen, und nach unserem kaysertlichen Hoflager unter guter Wacht zu bringen, die kaysertliche Verordnung ergehen lassen."

D

Aliis-

Aliisque eadem occasione datis litteris d. 14. Jul. 1716. den Marquis de Langallerie nebst seinem so genannten Neveu, Comte de Linange, prince du saint empire et de Chabanois betreffend. — “Nachdem nun wir aus der uns als Römischen Kayser, und Haupte der Christenheit für selbige obliegenden Vorsorge und Schutz, zu Vernichtung solcher vermessener boshaften Unternehmungen, verschiedener Orten im Reiche die Verordnung ergehen lassen, gedachten Marquis Langallerie und Linange, sammt ihren bey sich habenden Leuten zur gefänglichen Haft zu ziehen, und nach unserm kayserslichen Hoflager unter guter Wacht zu überbringen, hierzu auch zweifelsohne aus göttlichem Verhängnisse sich die Gelegenheit eignet, und vorgedachte unsere Verordnung von getreuen, Gott und die Christenheit liebenden Chur- und Fürsten des Reichs gehorsamst vollzogen worden, folglich wie der Langallerie als auch der Linange uns zu überliefern ist. u.” *Sabers Staatscenzley* tom. 27. p. 815. 818. Sic II) occasione motuum, qui super constitutione *Vnigenitus* etiam Germaniae catholicae imminere videbantur, CAROLVS VI. imperator legato suo, ad aulam pontificiam Cardinali de ALTHANN, scribebat: “Vous n’ ignorez pas, quelles erreurs et quels troubles la constitution unigenitus a causé dans l’Eglise Gallicane. Vous savés, que le mal s’est glissé peu à peu dans les autres pais. — Nous donc en qualité de chef supreme et temporel d’Avocat de l’Eglise uniuerselle, et particulièrement de celle d’Allemagne, comme aussi en qualité d’Empereur et de prince de la patrie ne pouvant souffrir plus long-tems un mal, qui fait tous les jours de nouveaux progrès et voulant prudemment prendre les voyes de douceur.” &c. *TREVER de tit. offic. imp. c. 2. §. 4.*

(k) *Indice TREVERO de tit. imp. cap. 2. §. 9. p. 30. n. 1.* “in-
le olim consuluerunt rebus suis imperatores, quod ecclesiae Ro-
manae patrocinium a praesulibus Romanis per aduocatae munus
sibi deferri paterentur, quum ex supremo maiestatis iure iam pos-
siderent et spreto aduocati munere, tamen vindicare sibi potuissent,
debuissent.” — Cauendum vero, ne iurela ecclesiarum Germaniae

niae ex aduocatia Romana deducatur; fuit potius ex maiestate caesaris et imperii, cui incumbit, protegere ciues et auerruncare iniurias omnes, quibus laedi possit eorum tranquillitas. Tuetur ergo suo iure non tantum ciues singulos, sed etiam eorum societates, ergo et ecclesias, quae societatum numero comprehenduntur. Nec absumile est ratiocinium auctoris consilii in Lünigs select. scriptis illustr. p. 120.: "Am allerwenigsten ist einigem Zweifel unterworfen, daß die aduocatia caesaris sich in denjenigen catholischen Landen annoch exerzire, welche dem Römischen Reiche annoch zugehörig und unterwürfig sind, weil alles dasjenige, was nicht abgeschafft, oder verändert worden ist, seine vorige Gestalt behält. (quicquid non abrogatum est, quare stare prohibetur?) Nun wird man aber in keinen Geschichten lesen, daß der Römisch Deutsche Kayser, welcher ohne allen Zweifel in die iura und Rechte des Caroli M. und seiner Nachkommen getreten, sich seines vogteylichen Amtes jemals begeben. Vielmehr weisen die kaiserlichen Wahlcapitulationen aus, daß die catholischen Churfürsten und Stände einen jedesmaligen Kayser annoch auf die aduocatiām in ecclesiam Romanam verpflichten, woraus der natürliche Schluß erfolget, daß ein Kayser hierdurch das Recht erlange, allen denjenigen Uebeln abzuhelfen, und vorzubauen, wodurch die Römisch catholische Kirche in den Landen der catholischen Churfürsten und Stände einigen Schaden leiden könne, massen dieses die Notion et originaria significatio dieser Vogtey und aduocatiāe von selbst importirt, und mit sich bringt."

§. VI.

Certe si olim imperatorum dumtaxat *sacra* fuit habitata *maiestas*, hodie omnium quoque regum maiestas *sacra*, forte tamquam omnium aequae inuiolabilis, vocatur (a). At *sacri* tamen imperii honorifica denominatio soli adhuc imperio Romano propria est (b), eamque necdum hodie omitti omni circumspectione cauere solet (c). Etiam si vero haud alium, quam ex aduocatia

b) *Superest tamen denominatio SACRI imperii, eiusque prae ceteris regnis praedicta.*

ecclesiae Romanae haec sacri imperii denominatio ortum trahat (*d*); etiam ii tamen, qui hunc fontem dudum deseruerunt, ideoque Romanae sedis et ecclesiae sanctitati ne formula quidem verborum adstipulari volunt (*e*), hanc sacri imperii compellationem honoris causa conseruare haud detrectant (*f*). Quin etiam *praecedentiam imperatorum* prae aliis regibus (*g*), ipsiusque imperii nostri prae ceteris Europae regnis (*h*), inde adhuc sustentem, qua decet, comi obseruantia coli extra omnem dubitationem est positum.

(*a*) In instrumento pacis Osnabrugensis art. i. pax condita declaratur inter *sacram caesaream maiestatem* — et *sacram regiam maiestatem* regnumque Sueciae; et similiter in instrumento pacis Monasteriensis art. i. inter *sacram maiestatem caesaream* et *sacram maiestatem Christianissimam*. Nescio an mero casu contigerit, in eodem illo primo articulo vtriusque instrumenti pacis Westphalicae omissa mentione sacri imperii simpliciter tantum Romanum imperium regnumque Sueciae Galliae inuicem iungi. Contra in primo illo non minus quam in sequentibus articulis sola imperii denominatio promiscue adhibetur cum denominatione Romani imperii, quod et reliquis in articulis vtriusque pacis fatis frequenter sacrum simul vocatur.

(*b*) Putauit quidem DAV. BLONDELL in *praef. apolog. contra Chiffetium ad defens. geneal. Gall. XXXIII. 2.*: “eodem iure et Franciae occidentalis et Hispaniae regna, quorum alterum *Christianissimum*, alterum *catholicum* dici solet, *imperia sacra*, id est, ditiones ac regna Christi nomine consignata Deoque consecrata ex officio fuisse et nuncupari debuisse.” Sed probe obseruandum est, regem quidem, sed non aequae regnum Galliae Christianissimum, Hispaniae catholicum dici; vti recte iam monuit BOECLER de *sacro Rom. imp. Moser von Teutschland* p. 12.

(*c*) Sic

(c) Sic e. g. legitur im Reichsfürstenraths-Protocoll den 16. Dec. 1746.: "Salzburg — legebat die Anzeige, wie folget:" "Chur:Maynz zeigt an: Nachdem bey dem jüngsthin dictirten Russisch kaiserlichen Kappell-Schreiben sich in dem ein Abgang gezeiget, daß darinnen mit Auslassung des Worts *sacri* simpliciter: *Romani imperii* gesetzt worden; so habe er Chur:Maynzischer, in Gegenwart einiger Fürstlichen Gesandtschaften, mit dem Russischen Minister, Herrn Grafen von Kaysersling, hierüber zu sprechen Gelegenheit gehabt, und so viel von ihm vernommen, wie es an sich offenbar wäre, daß diese Anlassung des Worts: *sacri*, ein Versehen der Canzley sey; und zwar um so mehr, als in dem bey dem Churfürstlichen Wahl-Collegio lezhin übergebenen Creditive diese Worte: *sacri Romani imperii*, enthalten wären: Er versichere anbey, dafür zu sorgen, daß jener Verstoß nicht ferner erfolgen solle. Welche dessen eigene Worte nachrichtlich anhero bemerket worden." Moser von Teutschland p. 11.

(d) Moser von Teutschland p. 10. ibique alleg.

(e) Vide, quae de titulo *sanctae* Romanae ecclesiae acta et disceptata sunt inter vtriusque religionis status in Schauraths Sammlung der Schlüsse des corporis evangelicorum tom. 1. p. 737. 1q. und in Mosers Staatsrecht tom. 44. p. 181. 266. 288. 301.

(f) In lite super denominatione *sanctae* Romanae ecclesiae quum catholici inter alia vrgerent, Christianam ecclesiam haud immerito *sanctam* dici, ipsumque imperium *sacrum* *sacramque* maiestatem dici; regefferunt evangelici: "Daß die Christliche Kirche heilig genennet würde, wäre von der ecclesia vniuersali zu verstehen; wenn das Römische Reich und kaysersliche Majestät *sacrum imperium*, *sacra caesarea maiestas* genennet werde, geschehe es longe alio sensu et in lata significatione, worinn auch wohl personae parentum, legatorum, inmo muri et portae ciuitatum *sanctae* gefeisseten würden, vtpote speciali sanctione contra iniuriosam hominum violationem munitae." Mosers Staatsr. tom. 44. p. 184.

(g) Vide quae excerpta dedi supra §. 3. not. g. p. 16.

(h) Moser von Teutschland p. 590.

Quantum satis est pro instituti ratione de sacri imperii denominatione praelocutum nunc transire me iuvat ad honores adnunciandos virorum dignissimorum, qui hanc scribendi occasionem mihi praebuerunt.

Primo loco nominandus modo est

VIR CONSVLTISSIMVS ET ILLVSTRIS

CAROLVS CHRISTOPHORVS HOFACKER

WÜRTEMBERGENSIS

NVNC PROFESSOR IVRIS ORDINARIVS IN ACADEMIA TVBINGENSI,

qui vitae suae studiorumque rationes sequenti narratione exposuit.

Natus sum, inquit, anno seculi XLIX, die Februarii XXVI. in arce Böringsweiler dicta, quae praefecturae Vinimontanae adscripta est, parentibus, quos adhuc diuina gratia superflites seruat, et quidem patre CAROLO FERDINANDO HOFACKER, duci serenissimo a consiliis expeditionum camerae ducalis, matre vero FRIDERICA SOPHIA exclarissima BILFINGERORVM gente. Ab aetate fere prima traditus sum disciplinae ampl. IAHNII, professoris in academia serenissimi ducis militari, qui tum scholae Neostadiensi praeerat, cuius institutionem etiamnum grata mente recolo. Hac vero per triennium vsus delatus sum ad gymnasium ducale, quod Stutgardiae est, ibique per biennium et quod excedit humaniora bonasque litteras ducibus fidelissimis doctissimisque, professoribus, KNAVSIO, VOLZIO, BILFINGERO, auunculo venerando, TAFINGERO, CLEMMIO ac LE BRETIO didici. His ita absolutis sub initium semestris aestiuæ. MDCCLXV, die II. Maii auspiciis Magnifici tum temporis Rectoris TAFINGERI ciuibus academiae patriae adscriptus sum. Per ipsum hoc semestre in Philosophorum sub-

felliis

sellis versatus, Exc. PLOVQVET *logicam et metaphysicam*, S. R. SCHOTT *iur naturae* et Exc. KIES *arithmeticam et geometriam* doctentem audiui; coque finito iuriconsultorum scholas adii, ac per biennium non tantum praelectionibus Ill. HOFFMANNI sen. in *Historiam imp. germ. et iur publicum german.* B. CANZII et Excell. KAPFII in *institutiones Iustinianear*, huiusque exercitiis disputatoriis interfui, sed et bis respondentis vices suscepi, tum in *thesibus iuris publici* praeside Ill. HOFFMANNO sen., tum in *dissertatione de remediis aduersus sententias reuisorum cameralium*, quam pro munere professoris extraordinarii ad disputandum proposuerat ill. HOFFMANN Jun. defendendis. Sed in medio studiorum feruore febre quartana correptum filium inceptorum collegiorum pandectarum, iuris feudalis ac Germ. priuati abrumperem, ac per integram semestre ab vltiori studiorum prosecutione vacare me iussit diuina prouidentia. Restitutis deinde post morbum diuturnum viribus captoque studiorum de nouo fere prosequendorum consilio academiam florentissimam Georgiam Augustam petii, ibique, B. AYRERO Exprorectore, A. MDCCLXVIII. die IX. Maii in numerum ciuium Academiae relatus sum. Hic per biennium et quod excedit scholas philosophorum aequae ac iuriconsultorum frequentavi, atque institutione usus sum solidissima virorum doctissimorum, quorum eximia in me merita debita pietate veneror. Audiui vero FEDERVM *philosophiam practicam*, GATTERERVM *diplomaticam*, HEYNIUM *archaeologiam*, AYRERVM *iur publicum Germ.*, BÖHMERYM *Pandectar., iur canonicum et feudale*, PÜTTERVM *historiam imp. Germ., iur publicum Germanicum, processum summorum imperii tribunalium, iur priuatum principum et praxin iuridicam*, MEISTERVM *pandectar. et iur criminale*, SELCHOVIUM *iur Germanicum priuatum*, CLAPROTHIVM *theoriam actionum ac praxin iudicialem* doctentem. Neque silentio praetereunda singularis Ill. GATTERERI in me beneuolentia, qui me non tantum socii instituti regii *historici* adscribi voluit, sed et iuuenilem vere scriptionem *de fide Eginhardi historica* in confesso instituti recitatam dignam iudicauit, quae bibliothecae historicae, quae auspiciis eius prodit, infereretur. His ita absolutis iam iter Wezlarum parabam quum illustrissimus S. R. J. comes REYSS XLII. doctrinas iuris Romani



mani, canonici ac Germanici priuati priuatissimis lectionibus sibi tradi desideraret, quo labore mihi gratiose demandato iamiam non sine animi voluptate fungor regioque simul stipendio auctoratus, conficiendis recensibus, qui ephemeridibus Goettingensibus inseruntur, occupatus sum. Sed et consilium cepi systematis iuris Romani conficiendi eiusdemque priuatis lectionibus docendi. Eaque mente, vt summi in iure honores ab illustri iureconsultorum ordine post exhibita consueta specimina mihi decreti, vt iam mihi conferantur, qua decet obseruantia opto rogoque,

Adeo insignibus legitimae scientiae speciminibus iam conuicti facile praeuideramus, quae tum in confessu nostro, quo candidati iurium ad supremos honores aspiraturi tentari solent, tum abhinc euenerunt. Eruditissima enim expositione legum ex utroque iure de promissarum atque promississima solidaque responsione ad quaestiones ei propositas eximie probatus vnanimique ordinis suffragio ad vltiora specimina admissus, d. XVI. Mart. MDCCLXXI. habita prius lectione cursoria *de differentia liberorum suorum et emancipatorum in doctrina de hereditatibus*, dissertationem inauguralem *de originibus et fatis successionis ex iure primogeniturae in familiis illustribus Germaniae* plane singulari cum doctrina ac soliditate conscriptam publice summa cum laude defendit. Eoque facto eadem die decretos ei ab ordine nostro summos in iure honores me interprete obtinuit. Quod equidem solito serius quum adnunciem, gaudeo tarditatem grauitate me compensare posse. Non solum enim abhinc magno cum adplausu in academia nostra docuit institutiones iuris Romani noua methodo naturali a se adornatas, additis subinde iuris naturae et gentium, atque hermeneuticis iisque cum elaborationibus practicis con-

coniunctis praelectionibus, item examinatoriis exercitiis; sed et edidit libellos optimae frugis sequentibus inscriptionibus ornatos: I) Entwurf einer systematischen Methode im Vortrage des ungemischten Römischen Rechts, 1771. 4.; II) *Tabulae synopticae iuris Romani*, 1771. 8.; III) *institutiones iuris Romani methodo systematica adornatae*, 1773. 8.; IV) Nähere Entwicklung und Bertheidigung seiner systematischen Methode im Vortrage des Römischen Rechts, 1773. 8. Interea autem quum patriae eius academiae Tübingensi breui tempore tres Ictos CANZIVM, SMALCALDERVM, HARPPRECHTIVM, mors eriperet, lautis conditionibus sub initio anni MDCCLXXIV. ad eam euocatus quintum in ordine iuridico locum ibi occupavit, habita Tubingae disputatione publica *de iure consuetudinis secundum doctrinam iuris et naturalis et Romani*, habitaque oratione inaugurali *de de studio iurisprudentiae naturalis Icto necessario*.

Alter, cuius honores adnuncio,

VIR PRAENOBILISSIMVS

IOANNES GODOFREDVS OLDE
HAMBVRGENSIS

sequenti ratione vitam aetam studiaque sua nobis exposuit:

Ego IOANNES GODOFREDVS OLDE natus sum Hamburgi die XXIV. Apr. anno huius seculi quadragesimo septimo patre IOANNE GODOFREDO, mercatore quondam spectatissimo, matre CATHARINA MARGARETHA nata HEEREN, qui dulcissimi parentes proh dolor! iam in tenerima aetate morte mihi erepti sunt. Sum-

E

mi



mi vero numinis prouidentia parentum pie defunctorum vices optimi tutores suppleuerunt, quorum cura tam religionis elementis quam litterarum initiis instructus sum. Positis his fundamentis scholam Hamburgensem publicam, IOANNEVM vocatam, frequentavi, ibique variis vsus suum praeceptoribus meritissimis, quorum institutione ad altiora studia praeparatus Academiam Georgiam Augustam petii. In hac Musarum fede florentissima anno 1769. d. 6. Apr. a Viro summe reuerendo PAVLO IACOBO FOERTSCHIO, apud quem tunc temporis academiae fasces erant, in numerum ciuium academicorum receptus sum. Hic Ictorum scholas ingrediens in Iure Ciuili, Canonico, Publico, Germanico, Feudali et Criminali, Doctores habui fama meritisque celeberrimos, nimirum Ill. G. L. BÖHMERM, PÜTTERVM, MEISTERVM, Generos. de SELCHOW, IUST. CLAPROTHIVM, praestantissimosque fratres GVSTAV. BERNH. et OTT. DAV. HENR. BECMANNVM. In Philosphicis, Mathesi pura et Physica experimentalis praelectionibus Excel. FEDERI, I. BECMANNI et ERXLEBII non sine fructu interfui. Historiam vniuersalem apud Ill. GATTERERVM et Politicen apud SCHLOEZERVM audiui. Peracto sic studiorum cursu, viros illustres atque excellentissimos Ictorum ordinem in Georgia Augusta constituentes modeste et humaniter adii, vt, pro consequendis honoribus academicis, consuetum examen mecum instituerent.

Viri praenobilissimi specimina, quae tam in textibus vtriusque iuris exponendis, quam in quaestionibus iuris resoluendis in confesso nostro edidit, ita comparata erant, vt solidae eruditionis certissima essent testimonia. Quare lubens ei, quos petiit, honores decreuit ordo noster. Et iam d. VI. Octobr. 1774. contigit, vt habita prius lectione cursoria ad L. i. §. fin. D. *de vsufr. accresc.* atque disputatione publica *de debitore obaerato in praedictum creditorum non adquirente*, praeside Ill. GVSTAVO BERNHARDO BECMANN, omnium cum plausu mascu-

masculae defensa, me interprete honores illos in iure summos obtineret.

Qui supersunt, adhuc exspectant honores conferendos qui iam iis decreti sunt; inque iis tertio loco nunc nominandus venit

VIR PRAENOBILISSIMVS

IOANNES FRIEDERICVS GILDEMEISTER

BREMA-SAXO,

cuius en sequentem vitae studiorumque narrationem:

Natus sum, inquit, *Bremae* A. S. MDCCL. M. Octobris patre IO ANNE GILDEMEISTERO, mercatore, sodali quondam *includi seniorum collegii*, post senatore, matre vero SARA FRIDERICA e gente WILKENSI, qua morte nimis matura mihi erepta, ad secunda vota transit pater carissimus cum ADEIHEIDA HAKE, *Viri excellentissimi ac consultissimi* B. HENRICI LAMPPI, *iudicis haereditarii in Borgfeld*, I. V. Doct. ac Professoris P. O. in *Gymnasio Bremensi*, vidua. Maximo hoc coniugium emolumento mihi fuit, nec laudibus dignis euehere possum parentum optimorum pietatem, curamque, vt bonis moribus atque scientiis informarer. *Bremae* domesticis paedagogis vsus, tum publicis. Postea in *Gymnasio* patrio *illustris Vri excellentissimi* IOANNIS ABRAHAMI AHASVERI I. V. D. Prof. *histor. et iuris Publ. ord.*, reip. patriae *Archiuarii* praelectiones frequentavi, idemque vir egregius consiliis sapientissimis ad hunc vsque diem in omnibus alicuius momenti rebus, pro insigni eius in me benenolentia mihi adfuit. Item caeteros audiui *Professores doctissimos clarissimos* iuridica ac philosophica docentes. Denique ad hanc celeberrimam Musarum sedem veni A. MDCCLXXI. d. XXI. Aprilis, ac in album *Academiae* relatus, ducibus *tot tantisque viris*, quorum fama totum orbem peruagatur, *historiae, philosophiae,*



et iuris imprimis scientiae operam dedi. Iam autem praeterlapso quadriennio summi in utroque iure honores ab INCLVTO IVRIS CONSVLTORVM ORDINE mihi benigne conferentur, quo facto *muſti Leinani*, doctoribus meis, quibus quantum debeam, gratissima, dum anima spirabo mea, recordabor mente, atque amicis carissimis vale dicam. Ante vero quam in patriam reuertar, visendae camerae imperii caussa, *Wetzlariam* proficiscar.

Huius quoque candidati praestantissimi, quae iam edidit, specimina plane eximia fuerunt. In confesso nempe facultatis nostrae leges ei hac mente datas erudita commentatione exposuit, promteque ad omnia iuris argumenta quaesitus respondit. Quam vero insigni diligentia et doctrina elaboravit, dissertationem inauguralem de *Communione bonorum inter coniuges*, maxime ex *Legibus Bremanis* proxima die XVIII. Maii, habita prius lectione cursoria ad L. I. D. de ritu nuptiarum, publice defendet, eademque die prodecani officio functurus decretos ei honores conferam.

Denique quartus superest

VIR PRAENOBILISSIMVS

CHRISTIANVS HENRICVS MÜLLER

HAMBURGENSIS,

qui vitam studiaque sua sequentem in modum exposuit:

Ego quidem CHRISTIANVS HENRICVS MÜLLER Hamburgi natus anno r. s. MDCCLI. d. i. Decembris, summi Numinis benignitatem veneror, quae mihi eos parentes largita est, quibus praeter vitam solertissimam mei curam educationemque gratus debeo, patrem

trem nimirum CHRISTIANVM HENRICVM MÜLLER, philoso-
phiae Doctorem, et verbi diuini in ecclesia, quae nostris Sanctae Tri-
nitatis vocatur, ministrum meritissimum, matrem autem CATHA-
RINAM MARGARETHAM, IOANNIS ANDREAE SCHVLDT,
negotiatoris in patria honestissimi, filiam. Toti in eo versabantur
parentes optimi, vt et sanctissimae religionis principiis imbuerent pue-
rum, et in omnibus, quibus puerilis aetas impertiri solet, doctrinis
erudirent. Nec vero ipsis contigit, vt fructus laborum, quos in filii-
um impenderent, perciperent, nec mihi, vt, si qui essent, offerrem.
Praematura enim mors matrem optimam adhucdum infantulo eripuit,
quam pater optimus secutus est, cum Goettingae iam versarer. Pa-
trem exoptatissimum dum viueret praeceptorem habui in tradendis iis,
quae ingenium excolunt et mores emolliunt, qui quidem omnem
suam operam, curam, atque diligentiam in eo collocabat, vt earum,
quas litteras humaniores vocant, prima elementa non ignorarem.
Quae cum appetentibus labris degustassem, in Ioanne nostro rem lit-
terariam profecutus sum, tinctus litteris, tum quae ad philologiam,
vt vocant, pertinent, tum quae ad descriptionem status orbis, aut, si
maius, Geographiam, et eorum requiruntur, qui incolunt, historiam
quam vocant, et aliis scientiis ducibus viris longe eruditis, VOLK-
MANNO, Subconrectore, et IOANNE MARTINO MÜLLERO,
Conrectore, nec non b. IOANNE MÜLLERO, Rectore. Non ad-
eo multo post in ciuium Gymnasii Hamburgensis numerum, praenio
examine, relatus sum MDCCCLXIX. Rectore Consultissimo et longe
Celeberrimo WUNDERLICH I. V. D. praeceptore ad dies vitae colen-
do, vt quae ad rem litterariam eiusque ambitum pertineant, penitus
perspicerem, qua propter iuris et historiam et ipsa iuris prima praecepta
docente Consult. WUNDERLICH vna cum politiae et antiquitatis do-
ctrinis; nec non cum physica mathefin duce Ampliff. BÜSCHIO; ae-
que ac historiam vniuersalem cum historia litteraria atque patriae tra-
dente summe venerando SCHÜTZIO, S. T. D.; nec, quam ante omnia
nominauerim, neglecta logica et metaphysica, quam Ampliff. NÖL-
TINGIVS Ph. D. docendo, non sine fructu persecutus est. In quo
cum per biennium versatus essem, tandem ad altiora progredi patri
visum est, Goettingamque me contuli, quae et eruditionis laude et



morum integritate plurimum valebat, nec minus adhucdum valet, Prorectore tunc temporis Magnifico, Experientissimo b. VOGELIO, qui mihi munus civis Goettingensis contulit. Contigit mihi, quod inter vitae salates iure meo refero, ut viros Perillust. et Consultiss. pio animi continuoque cultu prosequendos, Perill. BÖHMNERVM et PÜTTERVM, regi a consiliis iustitiae intimis, et Perill. MEISTERVM, BECMANNVM et Generosiss. de SELCHOW, regi a consiliis aulicis, et Ill. et Consult. CLAPROTH, qui cum non minus humanitate quam doctrina polleant, ita me benigne exceperunt, ut ducibus illis atque doctoribus historiam iuris, ius nostrum publicum et priuatum principum, nec non ius canonicum et Pandectas, quas vocant, praeuiis institutionibus, quas subsecuta sunt, cum libris terribilibus, ius criminale et Germanicum, et actiones, quas vocant, ac, ne et institutionibus practicis caream, et practicum quod vocant collegium et appellacionum cum processu utroque et imperii et ciuiliis stricti, perdiscerem, non sine fructu meo, quod non possum non publice profiteri gratus. Pari felicitate vsus sum, cum Ill. GATTERERVM, regi a consiliis aulicis, et Exc. FEDERVM et COLOM du Clos conuenirem, qui quidem fide non minus ac doctrina, historiae vniuersalis dogmatibus et philosophiae praeceptis, inter quae logices et metaphysices nominauerim, et linguae Gallicae fundamentis atque regulis imbuerunt, quare omne scientiae meae specimen, quantulum illud sit, perenne erit Tantorum Nominum monumentum.

Cui viro praenobilissimo quum similiter vnanimi ordinis suffragio post exhibita legitimae scientiae consueta specimina decreta dudum esset licentia adspirandi ad summos in utroque iure honores; nihil ei quoque reliquum est, quam ut cathedram more solito publice adscendat, lectione cursoria interpretaturus L. 3. C. de *commerciis*, praesideque ill. et gen. de SELCHOW dissertationem inauguralem *de poenis mercatorum foro cedentium* contra aduersarios eruditos defensurus. Quibus omnibus diem dixit . Maii. Eaque si peracta sic fuerint,



rint, licentiam illam ab ordine nostro ei decretam tamquam prodecanus ordinis consueto more conferam. Quas quae supersunt binorum candidatorum sollemnitates vt MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, COMITES ILLVSTRISSIMI, PATRES CONSCRIPTI, HOSPITES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, CIVES ET COMMILITONES GENEROSISSIMI AC PRAENOBILISSIMI honorifica praesentia condecorare velint, qua docet, obferuantia rogo. P. P. Goettingae d. XII. Maii MDCCLXXV.



Q. 11. 655


X 256 4032

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

W 18

me





B.I.G.

II n
655

NIS IVRIDICI PRODECANVS
S STEPHANVS PÜTTER

CONSILII IUSTITIAE INTIMIS ET PROFESSOR
IVRIS PVBLICI ORDINARIVS

RVM PRAENOBILISSIMORVM
CHRISTOPHORI HOFACKER

BERGENSIS, NVNC P. P. O. TÜBINGENSIS,

NIS GODOFREDI OLDE
HAMBVRGENSIS

FRIEDERICI GILDEMEISTER
BREMA - SAXONIS

ANI HENRICI MÜLLERI
HAMBVRGENSIS,

ENNIA INAUGVRALIA INDICIT.

PRAEMISSA COMMENTATIONIS
*imperii Romani sub Carolo III. et Ottonibus
facta eiusque effectibus*

PARTE SEPTIMA
*illa instauratione imperii Romani aduocata ec-
cliae, indeque nata denominatione SACRI Ro-
mani imperii.*

GOETTINGAE
FIGINA F. A. JOSEPHVSCH MDCCCLXV.

Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue